Ioseph fecit sicut præcepit ei angelus Domini.

✠ Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum
1, 16. 18-21. 24 a

16 Iacob génuit Ioseph virum Maríæ,
de qua natus est Iesus, qui vocátur Christus.

[17]

18 Iesu Christi autem generátio sic erat.

Cum esset desponsáta mater eius María Ioseph,
ántequam convenírent
invénta est in útero habens de Spíritu Sancto.

19 Ioseph autem vir eius,
cum esset iustus et nollet eam tradúcere,
vóluit occúlte dimíttere eam.
20 Hæc autem eo cogitánte,
ecce ángelus Dómini in somnis appáruit ei dicens:
«Ioseph fili David,
noli timére accípere Maríam cóniugem tuam.
Quod enim in ea natum est,
de Spíritu Sancto est;
21 páriet autem fílium,
et vocábis nomen eius Iesum:
ipse enim salvum fáciet pópulum suum
a peccátis eórum».

[22-23]

24a Exsúrgens autem Ioseph a somno
fecit, sicut præcépit ei ángelus Dómini.

Verbum Dómini.